

Ovid · Remedia amoris

P. Ovidius Naso
Remedia amoris
Heilmittel gegen die Liebe

Lateinisch / Deutsch

Übersetzt und herausgegeben
von Niklas Holzberg

Reclam

RECLAMS UNIVERSAL-BIBLIOTHEK Nr. 18903
2011, 2019 Philipp Reclam jun. GmbH & Co. KG,
Siemensstraße 32, 71254 Ditzingen

Bibliographisch ergänzte Ausgabe 2019

Druck und Bindung: Kösel GmbH & Co. KG,
Am Buchweg 1, 87452 Altusried-Krugzell

Printed in Germany 2019

RECLAM, UNIVERSAL-BIBLIOTHEK und
RECLAMS UNIVERSAL-BIBLIOTHEK sind eingetragene Marken
der Philipp Reclam jun. GmbH & Co. KG, Stuttgart

ISBN 978-3-15-018903-0

www.reclam.de

Remedia amoris
Heilmittel gegen die Liebe

Legerat huius Amor titulum nomenque libelli:
‘bella mihi, video, bella parantur’ ait.
‘Parce tuum vatem sceleris damnare, Cupido,
tradita qui toties te duce signa tuli.
non ego Tydides, a quo tua saucia mater 5
in liquidum rediit aethera Martis equis.
saepe tepent alii iuvenes; ego semper amavi,
et si, quid faciam, nunc quoque, quaeris, amo.
quin etiam docui, qua possis arte parari,
et, quod nunc ratio est, impetus ante fuit. 10
nec te, blande puer, nec nostras prodimus artes,
nec nova praeteritum Musa retexit opus.
si quis amat quod amare iuvat, feliciter ardens
gaudeat et vento naviget ille suo;
at si quis male fert indignae regna puellae, 15
ne pereat, nostrae sentiat artis opem.
cur aliquis laqueo collum nodatus amator
a trabe sublimi triste pependit onus?
cur aliquis rigido fodit sua pectora ferro?
invidiam caedis pacis amator habes. 20
qui, nisi desierit, misero periturus amore est,
desinat, et nulli funeris auctor eris.
et puer es, nec te quicquam nisi ludere oportet:
lude; decent annos mollia regna tuos.

Amor hatte den Titel des Buchs und den Namen gelesen:

»Krieg ist gegen mich, Krieg«, sprach er, »ich seh es,
geplant!«

»Zeih nicht eines Verbrechens deinen Seher, Cupido,
der ich das Banner so oft führte auf deinen Befehl!

Ich bin nicht der Tydide, von dem verwundet sich deine Mutter mit Mars' Gespann wieder zum Äther begab. 5

Ohne Feuer sind andere oft – *ich* liebte fortwährend;
falls du fragst, was ich tu, sag ich: Ich liebe auch jetzt.

Ja, ich lehrte sogar die Kunst, dich gewinnen zu
können;

was jetzt Ratio ist, war doch zuvor nur ein Trieb. 10

Schmeichelnder Knabe, nicht dich und die Kunst verrat
ich, und keine

neue Muse zertrennt wieder das frühere Werk.

Wenn einer liebt, was zu lieben gefällt, dann freu' er sich,
weil er

glücklich glüht, und er soll segeln mit günstigem
Wind.

Leidet einer, beherrscht durch ein Mädchen, das es nicht
wert ist, 15

fühl' er meiner Kunst Hilfe, damit er nicht stirbt.

Warum musste, den Strick um den Hals geknüpft, ein
Verliebter

hoch vom Balken herab hängen als traurige Last?

Was durchbohrte sich einer die Brust mit dem grausigen
Eisen?

Du, der du Frieden liebst, machst dich als Mörder
verhasst. 20

Wer am Leiden durch Liebe, hört er nicht auf, noch
zugrund geht,

der soll aufhörn, und du bringst dann auch keinen ins
Grab.

Du bist ein Knabe, und nichts gehört sich für dich, als zu
spielen.

Spiele! Zu deinen Jahn passt nur ein mildes Regime.

nam poteras uti nudis ad bella sagittis, 25
sed tua mortifero sanguine tela carent.
vitricus et gladiis et acuta dimicet hasta
et victor multa caede cruentus eat;
tu cole maternas, tuto quibus utimur, artes
et quarum vitio nulla fit orba parens: 30
effice, nocturna frangatur ianua rixa
et tegat ornatas multa corona fores;
fac coeant furtim iuvenes timidaeque puellae
verbaque dent cauto qualibet arte viro,
et modo blanditias rigido, modo iurgia, posti 35
dicat et exclusus flebile cantet amans.
his lacrimis contentus eris sine crimine mortis:
non tua fax avidos digna subire rogos.’
haec ego; movit Amor gemmatas aureus alas
et mihi ‘propositum perfice’ dixit ‘opus.’ 40
ad mea, decepti iuvenes, praecepta venite,
quos suus ex omni parte fefellit amor.
discite sanari per quem didicistis amare;
una manus vobis vulnus opemque feret.
terra salutare herbas eademque nocentes 45
nutrit, et urticae proxima saepe rosa est;
vulnus in Herculeo quae quondam fecerat hoste,
vulneris auxilium Pelias hasta tulit.

(sed, quaecumque viris, vobis quoque dicta, puellae,
credite: diversis partibus arma damus. 50
e quibus ad vestros si quid non pertinet usus,
at tamen exemplo multa docere potest.)
utile propositum est saevas extinguere flammās
nec servum vitii pectus habere sui.
vixisset Phyllis, si me foret usa magistro, 55
et per quod novies, saepius isset iter.
nec moriens Dido summa vidisset ab arce
Dardanias vento vela dedisse rates,
nec dolor armasset contra sua viscera matrem,
quae socii damno sanguinis ulta virum est. 60
arte mea Tereus, quamvis Philomela placeret,
per facinus fieri non meruisset avis.
da mihi Pasiphaen, iam tauri ponet amorem;
da Phaedran, Phaedrae turpis abibit amor.
crede Parin nobis, Helenen Menelaus habebit 65
nec manibus Danais Pergama victa cadent.
impia si nostros legisset Scylla libellos,
haesisset capiti purpura, Nise, tuo.
me duce damnosas, homines, compescite curas,
rectaque cum sociis me duce navis eat. 70
Naso legendus erat tum, cum didicistis amare;
idem nunc vobis Naso legendus erit.
publicus assertor dominis suppressa levabo
pectora: vindictae quisque favete suae.

te precor incipiens; adsit tua laurea nobis, 75
 carminis et medicae, Phoebe, repertor opis;
tu pariter vati, pariter succurre medenti:
 utraque tutelae subdita cura tua est.
dum licet et modici tangunt praecordia motus,
 si piget, in primo limine siste pedem: 80
opprime, dum nova sunt, subiti mala semina morbi
 et tuus incipiens ire resistat equus.
nam mora dat vires: teneras mora percoquit uvas
 et validas segetes, quae fuit herba, facit.
quae praebet latas arbor spatiantibus umbras, 85
 quo posita est primum tempore, virga fuit;
tum poterat manibus summa tellure revelli,
 nunc stat in immensum viribus aucta suis.
quale sit id, quod amas, celeri circumspice mente,
 et tua laesuro subtrahe colla iugo. 90
principiis obsta: sero medicina paratur,
 cum mala per longas convaluere moras.
sed propera nec te venturas differ in horas:
 qui non est hodie, cras minus aptus erit.
verba dat omnis amor reperitque alimenta morando; 95
 optima vindictae proxima quaeque dies.
flumina pauca vides de magnis fontibus orta;
 plurima collectis multiplicantur aquis.
si cito sensisses, quantum peccare parares,
 non tegeres vultus cortice, Myrrha, tuos. 100

Dich bitt ich zu Beginn: Dein Lorbeer leiste mir Beistand,
Phöbus, der du erfandst Dichtung und heilende Kunst;
komme zugleich dem Dichter, zugleich dem Arzte zu Hilfe,
unter deinem Schutz steht das Bemühen der zwei.

Ist es noch möglich und leicht nur berührt Erregung das
Herz dir,

bring, falls es schmerzt, den Fuß vorn an der Schwelle
zum Stehn. 80

Töt im Entstehn noch die schädlichen Keime der
plötzlichen Krankheit;
gleich zu Beginn der Fahrt weigre dein Pferd sich zu
gehn.

Warten gibt ja Kraft, bringt junge Trauben zur Reife;
was ein Pflänzchen war, macht es zu kräftiger Saat.

Dieser Baum, der breiten Schatten Spazierenden spendet,
war zu der Zeit, als man ihn pflanzte, ein schwächtiger

Spross; 86

damals konnte man ihn aus der Erde reißen mit Händen;
jetzt steht riesig er da, wuchs durch die eigene Kraft.

Wie das ist, was du liebst, das betrachte mit raschem
Verstande;

nimm dir vom Nacken das Joch, wenn zu verletzen es
droht. 90

Widersteh zu Beginn! Zu spät wird ein Mittel bereitet,
wenn die Übel bereits stark sind durch langen Verzug.

Nein, beeil dich, und nicht verschieb auf die Zukunft die
Heilung:

Morgen ist minder bereit, wer es nicht heute schon ist.

Jede Liebe narrt uns und findet Nahrung durch Zögern; 95
jeweils der folgende Tag ist zur Befreiung perfekt.

Wenige Flüsse – du siehst's – sind großen Quellen
entsprungen;

meistens wachsen sie erst, sammeln sie Wasser in sich.

Hättest schnell du erfasst, welch großes Verbrechen du
plantest, 99

decktest du nicht das Gesicht, Myrrha, mit Rinde dir zu.

vidi ego, quod fuerat primo sanabile, vulnus
dilatatum longae damna tulisse morae.
sed, quia delectat Veneris decerpere fructum,
dicimus assidue 'cras quoque fiet idem.'
interea tacitae serpunt in viscera flammae 105
et mala radices altius arbor agit.
si tamen auxilii perierunt tempora primi
et vetus in capto pectore sedit amor,
maius opus superest; sed non, quia serior aegro
advocor, ille mihi destituendus erit. 110
quam laesus fuerat, partem Poeantius heros
certa debuerat praesecuisse manu;
post tamen hic multos sanatus creditur annos
supremam bellis imposuisse manum.
qui modo nascentes properabam pellere morbos, 115
admoveo tardam nunc tibi lentus opem.
aut nova, si possis, sedare incendia temptes
aut ubi per vires procubuere suas.
dum furor in cursu est, currenti cede furori:
difficiles aditus impetus omnis habet. 120
stultus, ab obliquo, qui, cum descendere possit,
pugnat in adversas ire natator aquas.
impatiens animus nec adhuc tractabilis arte
respuit atque odio verba monentis habet.
aggrediar melius tum, cum sua vulnera tangi 125
iam sinet et veris vocibus aptus erit.

Ich sah eine Wunde: Sie wurde, zuerst noch kurierbar,
schlimm durch langen Verzug, weil man die Heilung
verschob.

Aber, da es gefällt, die Frucht der Venus zu pflücken,
sagen wir ständig: »Es wird morgen dasselbe
geschehn.«

In dein Inneres schleichen inzwischen sich leise die
Flammen; 105
seine Wurzeln treibt tiefer der schädliche Baum.

Wenn die Zeit für die erste Hilfe versäumt ist und alte
Liebe sitzt nun fest in der eroberten Brust,
bleibt ein schwereres Werk; doch im Stich jetzt lassen den
Kranken

darf ich keinesfalls, weil man verspätet mich ruft. 110

Jene Stelle, an der er verletzt war, hätt' amputieren
sollen mit fester Hand Pöas' heroischer Sohn;
als er dennoch geheilt war nach vielen Jahren, da führte
er den letzten Schlag, glaubt man der Sage, im Krieg.

Der ich noch grad im Entstehn zu vertreiben die Krankheit
mich eilte, 115

nehm mir jetzt Zeit und biet langsame Hilfe dir an.
Kannst du's, such entweder den Brand am Anfang zu
löschen
oder dann, wenn er schon schwach wird durch eigene
Kraft.

Ist die Raserei noch im Lauf, weich aus der Attacke:
Jeglichem Ungestüm nahezukommen ist schwer. 120

Dumm ist, wer, obwohl er schräg mit der Strömung
flussabwärts
schwimmen könnte, doch gegen die Wellen sich stemmt.

Ist nicht duldsam der Sinn und noch nicht zu behandeln
durch Heilkunst,
weist er zurück und hasst das, was ein Mahnender sagt.

Besser, ich nahe mich ihm, gestattet er schon, an die
Wunden 125
ihm zu rühren, und ist Worten der Wahrheit geneigt.

quis matrem, nisi mentis inops, in funere nati
flere vetet? non hoc illa monenda loco est;
cum dederit lacrimas animumque impleverit aegrum,
ille dolor verbis emoderandus erit. 130
temporis ars medicina fere est: data tempore prosunt
et data non apto tempore vina nocent.
quin etiam accendas vitia irritesque vetando,
temporibus si non aggrediare suis.
ergo ubi visus eris nostra medicabilis arte, 135
fac monitis fugias otia prima meis.
haec, ut ames, faciunt; haec, ut fecere, tuentur;
haec sunt iucundi causa cibusque mali.
otia si tollas, periere Cupidinis arcus
contemptaeque iacent et sine luce faces. 140
quam platanus vino gaudet, quam populus unda
et quam limosa canna palustris humo,
tam Venus otia amat: qui finem quaeris amoris,
(cedit amor rebus) res age, tutus eris.
languor et immodici sub nullo vindice somni 145
aleaque et multo tempora quassa mero
eripiunt omnes animo sine vulnere nervos;
affluit incautis insidiosus Amor.

Wer, wenn nicht ein Verrückter, verböte zu weinen der
Mutter
bei der Bestattung des Sohns? Hier ist Ermahnung
verfehlt;
wenn sie Tränen geweint und den Kummer im Herzen
gestillt hat,
wird sich mit Hilfe des Worts mäßigen lassen der
Schmerz. 130

Wählt man geschickt den Moment, ist's fast Medizin:
Wenn zur rechten
Zeit man den Wein reicht, nützt's, unzeitig schadet er
nur.

Ja, du verstärkst sogar und reizt durch Verbiehen die
Krankheit,
gehst du gegen sie nicht vor zu gegebener Zeit.
Also, sobald du heilbar durch meine Kunst mir zu sein
scheinst, 135

geb ich den dringenden Rat: Meide das Nichtstun zuerst.
Dieses bewirkt, dass du liebst, und bewahrt, wenn's
gewirkt hat, die Liebe;
Anlass und Nahrung ist's für das willkommene Leid.
Gibst du das Nichtstun auf, ist's geschehn um den Bogen
Cupidos;
seine Fackel erlischt, liegt auf der Erde verschmäh't. 140

Wie sich am Wein die Platane erfreut, wie am Wasser die
Pappel,
wie dem Schilf im Sumpf schlammiger Boden gefällt,
so liebt Venus das Nichtstun: Suchst du zu enden die
Liebe –

Tätigkeit weicht sie –, dann sei tätig, und sicher bist du.
Schlaffheit und Übermaß an Schlaf, der durch niemand
gestört wird, 145

Würfel und Mengen von Wein, der an den Schläfen
rumort,
rauben dem Geist die ganze Kraft auch ohne Verwundung;
Unvorsichtigen schleicht tückisch sich Amor ins Herz.

desidiam puer ille sequi solet, odit agentes:
da vacuae menti, quo teneatur, opus. 150
sunt fora, sunt leges, sunt quos tuearis, amici:
vade per urbanae splendida castra togae.
vel tu sanguinei iuvenalia munera Martis
suscipe: deliciae iam tibi terga dabunt.
ecce fugax Parthus, magni nova causa triumpho, 155
iam videt in campis Caesaris arma suis.
vince Cupidineas pariter Parthasque sagittas
et refer ad patrios bina tropaea deos.
ut semel Aetola Venus est a cuspide laesa,
mandat amatori bella gerenda suo. 160
quaeritis, Aegisthus quare sit factus adulter?
in promptu causa est: desidiosus erat.
pugnabant alii tardis apud Ilion armis;
transtulerat vires Graecia tota suas.
sive operam bellis vellet dare, nulla gerebat, 165
sive foro, vacuum litibus Argos erat.
quod potuit, ne nil illic ageretur, amavit.
sic venit ille puer, sic puer ille manet.
rura quoque oblectant animos studiumque colendi;
quaelibet huic curae cedere cura potest. 170
colla iube domitos oneri supponere tauros,
sauciet ut duram vomer aduncus humum;
obrue versata Cerialia semina terra,
quae tibi cum multo fenore reddat ager;
aspice curvatos pomorum pondere ramos, 175
ut sua, quod peperit, vix ferat arbor onus;

Müßigen pflegt der Knabe zu folgen, die Tätigen hasst er:

Gib dem leeren Geist etwas, das fesselt, zu tun. 150

Foren gibt's und Gesetze, es gibt zum Verteidigen
Freunde:

Geh durch das Lager Rom, das von den Togen erglänzt.
Oder des blutigen Mars Geschäfte, für Jünglinge passend,
nimm auf dich: Schon fliehn Freuden der Liebe vor dir.
Sieh nur, der fliehende Parther, für große Triumphe ein

neuer 155

Anlass: In seinem Gebiet sieht er jetzt Caesars Armee.
Parthische Pfeile besiege zusammen mit denen Cupidos;
zwei Trophäen zugleich bring zu den Hausgöttern
heim.

Seit einmal der Speer des Ätoliers Venus verletzt hat,
trägt dem Mann, der sie liebt, Kriege zu führen sie auf.

Warum Ehebrecher Ägisth geworden ist, fragt ihr? 161

Offenbar ist der Grund: Müßig nur saß er herum.

Einen langen Krieg vor Troja führten die andern,
hatte ganz Hellas doch dorthin gebracht die Armee.

Hätt' er dem Kriege sich weihen wollen, das ging nicht in
Argos, 165

oder dem Forum – es war frei von Prozessen das Land.

Um nicht müßig zu sein, tat er das, was er konnte: Er
liebte.

So kommt und so bleibt jener berüchtigte Bub.

Auch das Land und des Landbaus Mühe erfreuen die
Herzen;

weichen kann *der* Qual jegliche Qual des Gemüts. 170

Zähme Stiere und unters Joch lass den Nacken sie
beugen,

dass der gekrümmte Pflug reiße die Erdscholle auf;
birg im umgepflügten Boden die Saaten der Ceres,

dass sie mit reichem Ertrag wiedererstatte das Feld;
schau, wie die Zweige am Baum vom Gewicht des Obstes

gekrümmt sind, 175

wie er mit Mühe die Last, die er geboren hat, trägt;

aspice labentes iucundo murmure rivos;
aspice tondentes fertile gramen oves.
ecce, petunt rupes praeruptaque saxa capellae:
iam referent haedis ubera plena suis. 180
pastor inaequali modulatur harundine carmen,
nec desunt comites, sedula turba, canes.
parte sonant alia silvae mugitibus altae
et queritur vitulum mater abesse suum.
quid, cum suppositos fugiunt examina fumos, 185
ut relevent dempti vimina curva favi?
poma dat autumnus; formosa est messibus aestas;
ver praebet flores; igne levatur hiems.
temporibus certis maturam rusticus uvam
deligit, et nudo sub pede musta fluunt; 190
temporibus certis desectas alligat herbas
et tonsam raro pectine verrit humum.
ipse potes riguis plantam deponere in hortis;
ipse potes rivos ducere lenis aquae.
venerit insitio, fac ramum ramus adoptet 195
stetque peregrinis arbor operata comis.
cum semel haec animum coepit mulcere voluptas,
debilibus pinnis irritus exit Amor.
vel tu venandi studium cole: saepe recessit
turpiter a Phoebi victa sorore Venus. 200

schau, wie die Bäche fließen mit ihrem lieblichen
Murmeln;
schau die Schafe, wie sie rupfen das saftige Gras.
Sieh nur, es streben die Ziegen die Felsen hinauf und den
Steilhang,
bringen den Böcklein bald strotzende Euter zurück. 180
Auf ungleichem Rohr spielt seine Weisen der Hirte;
auch die Begleiter sind da: Hunde, die eifrige Schar.
Anderen Ortes erdröhnt vom dumpfen Gemuhe der
Hochwald;
weil nicht da ist das Kalb, jammert die Mutter nach ihm.
Sieh, wie die Schwärme fliehn vor dem Rauch, der von
unten entfacht wird; 185
frei von der Waben Last wird dann das runde Geflecht.
Früchte beschert der Herbst; schön ist durch die Ernte der
Sommer;
Blumen spendet der Lenz; mild ist der Winter am
Herd.
Zu bestimmter Zeit liest reife Trauben der Landmann –
unter dem nackten Fuß flutet der Most dann dahin –, 190
bindet zusammen das Heu zu bestimmter Zeit; mit den
weiten
Zinken des Rechens durchharkt er das geschorne
Terrain.
Selbst kannst Pflanzen du setzen im wohlbewässerten
Garten,
selbst das rinnende Nass leiten in Gräben hinein.
Kommt dann das Pfropfen, bewirk, dass der Zweig den
Zweig adoptiere; 195
und der Baum mit Laub prange, das seines nicht ist.
Hat nun dieses Vergnügen das Herz zu erweichen
begonnen,
geht, an den Flügeln geschwächt, Amor erfolglos davon.
Oder beschäftige dich mit der Jagd: Von der Schwester des
Phöbus 199
schmählich besiegt, hat oft Venus das Feld ihr geräumt.

nunc leporem pronum catulo sectare sagaci,
nunc tua frondosis retia tende iugis;
aut pavidos terre varia formidine cervos,
aut cadat adversa cuspide fossus aper.
nocte fatigatum somnus, non cura puellae, 205
excipit et pingui membra quiete levat.
lenius est studium, studium tamen, alite capta
aut lino aut calamis praemia parva sequi,
vel, quae piscis edax avido male devoret ore,
abdere sub parvis aera recurva cibis. 210
aut his aut aliis, donec dediscis amare,
ipse tibi furtim decipiendus eris.
tu tantum, quamvis firmis retinebere vinclis,
i procul, et longas carpere perge vias.
flebis, et occurret desertae nomen amicae, 215
stabit et in media pes tibi saepe via.
sed quanto minus ire voles, magis ire memento;
perfer, et invitos currere coge pedes.
nec pluvias opta, nec te peregrina morentur
sabbata nec damnis Allia nota suis; 220
nec quot transieris, sed quot tibi, quaere, supersint
milia nec, maneat ut prope, finge moras;
tempora nec numera nec crebro respice Romam,
sed fuge: tutus adhuc Parthus ab hoste fuga est.

Bald den enteilenden Hasen verfolg mit dem witternden
Hunde,

bald auf waldigen Höhn spanne die Netze du aus;
setz durch verschiedenes Blendzeug ängstliche Hirsche in
Schrecken,

oder, von vorne durchbohrt, falle der Eber vom Speer.
Nachts umfängt den Ermüdeten Schlaf, nicht Sehnsucht
nach einem 205

Mädchen; in träger Ruh werden die Glieder erquickt.
Leichtre Beschäftigung ist's, doch eine, mit Netzen und
Ruten

Vögel zu fangen und so kleinen Gewinn zu begehren
oder mit wenigem Köder zu tarnen gebogenes Erz, das
sich zum Schaden voll Gier schluckt der gefräßige
Fisch. 210

Bis du das Lieben verlernst, muss dies oder andres
bewirken,

dass du selbst dich betrügst, ohne dass du es bemerkst.
Geh nur, mögen auch noch so feste Bande dich halten,
in die Ferne und weit zieh auf den Straßen dahin.

Weinen wirst du, dir kommt in den Sinn der verlassenen
Freundin 215

Name, und stehen bleibt oft auf dem Weg dir der Fuß.
Doch je weniger gerne du gehst, desto eifriger gehe;
halt nur durch, und den Fuß zwinge, auch wenn er nicht
will.

Wünsch dir nicht Regen; nicht soll der Sabbat der Fremden
dich hemmen, 219

auch nicht der Allia-Tag, durch das Verhängnis bekannt;
frag nicht, was an Meilen du gingst, nein, was noch
bevorsteht;

keinen Vorwand such, dass in der Nähe du bleibst;
rechne die Zeit nicht nach, noch sieh dich häufig nach
Rom um;

flieh: Vor dem Feind hat bis jetzt Fliehen den Parther
beschützt.

dura aliquis praecepta vocet mea; dura fatemur 225
esse, sed ut valeas, multa dolenda feres.
saepe bibi sucos quamvis invitus amaros
aeger, et oranti mensa negata mihi;
ut corpus redimas, ferrum patieris et ignes,
arida nec sitiens ora levabis aqua: 230
ut valeas animo, quicquam tolerare negabis?
at pretium pars haec corpore maius habet.
sed tamen est artis tristissima ianua nostrae,
et labor est unus tempora prima pati.
aspicis, ut prensos urant iuga prima iuencos 235
et nova velocem cingula laedat equum?
forsitan a laribus patriis exire pigebit;
sed tamen exhibis; deinde redire voles.
nec te lar patrius, sed amor revocabit amicae
praetendens culpae splendida verba tuae. 240
cum semel exieris, centum solacia curae
et rus et comites et via longa dabit.
nec satis esse putes discedere; lentus abesto,
dum perdat vires sitque sine igne cinis.
quod nisi firmata properaris mente reverti, 245
inferet arma tibi saeva rebellis Amor,
quicquid et afueris, avidus sitiensque redibis,
et spatium damno cesserit omne tuo.

Hart nennt mancher vielleicht, was ich lehr; ich bekenn, es
ist hart, doch 225
willst du genesen, dann wirst viel du ertragen, was
schmerzt.

Oft trank ich, wenn ich krank war, widerwillig die bittren
Säfte, und selbst wenn ich bat, wurde mir Essen versagt.
Um zu gesunden am Leib, wirst Schneiden und Brennen
du dulden,

nicht dem trockenen Mund stillen durch Wasser den
Durst: 230

Um zu gesunden am Geist, da willst du nicht etwas
erdulden?

Dieser Teil hat ja doch größeren Wert als der Leib.
Aber freilich: Das Tor zu meiner Kunst, das ist finster;
nur die erste Zeit – die zu ertragen ist schwer.

Siehst du, wie zu Beginn die gebändigten Stiere das Joch
brennt 235

und der neue Gurt wehtut dem hurtigen Pferd?
Pein macht's dir vielleicht, den heimischen Herd zu
verlassen;
doch gehn wirst du; danach möchtest du wieder
zurück.

Nicht der heimische Herd, die Liebe ruft dich: Mit
schönen

Worten bemäntelt sie dann dir deine Nachgiebigkeit. 240
Bist du erst fort, dann spenden das Land und deine
Begleiter

und der lange Weg hundertfach Trost dir im Leid.
Denk nicht, wegzugehen genügt: Bleib lang in der Ferne,
bis in der Asche die Glut jegliche Stärke verliert.

Wenn du zur Rückkehr eilst, bevor du den Sinn dir
gestählt hast, 245

richtet Amor erneut grimmige Waffen auf dich;
du, wie fern du auch warst, kehrst wieder, verlangend und
dürstend;

dir zum Schaden vertan ist die verstrichene Zeit.